

760

ubi sic dicit utile iudicauimus vna cum omnibus sacrapis nris vt sicut beatus petrus in terris vicarius filij dei videatur esse constitutus ita principatus eius potestatem et auctoritatem amplius quam terrene imperialis nostre seruitutis mansuetudo habere videntur. vnde et tenentes frenum equi ipsius per reuerentiam beati petri stratonis officium illi exhibuimus. **A**d primum ergo est dicendum quod beatus petrus scribebat subditis suis puocans eos ad humilitatis meritum nec impones eis regalis vel imperialis subiectionis iugum. quod si hoc intendisset supposuisset eos nedum suuittati imperatorum verum etiam suuittati seruorum cum dicat subiecti estote omni humane creature propter deum. Planum est autem quod serui inter creaturas dei numerantur. **A**d secundum est dicendum quod olofernes qui illa verba dixit labijs caritatis vnus mulieris hebreae interfectus est et nabuchodonosor qui se deum vniuersae terre nominabat ab hominibus eiectus est et cum testibus fuit habitatio sua quod nondum non recognouit deum celi esse dominum vniuersorum vt dicitur danielis. iij. **A**d tertium est dicendum quod constantinus non dixit se esse caput omnium sed solum illorum qui erant sub iurisdictione subiecti. Non enim imperator vel rex accipit potestatem gladij super bonos et malos vniuersaliter sed solum super eos qui sunt eorum potestati commissi. nec constantinus ipsam constituit esse caput omnium sacerdotum principaliter effectiue quod sic constitutus est caput ab ipso christo quem dixit petro. Tu uocaberis cephas sed solum instrumentaliter amministratiue. Exhibuit enim sua imperiali potentia ministerium quo omnes beatum siluestrum summum pontificem recognoscere.

**S**equitur questio xxxviij. de imperij translatione.

**U**terius considerandum est de imperij translatione circa quod queruntur sex. Primo verum auctoritate ipse facta sit translatio omnium regnorum. Secundo verum auctoritate ipse specialiter imperium translatum sit ad romanos. Tertio verum auctoritate papae imperium translatum sit a romanis ad grecos. Quarto verum auctoritate papae imperium translatum sit a grecis ad germanos. Quinto verum auctoritate ipse imperium possit transferri a germanis ad alios. Sexto verum auctoritate ipse ordinandum sit studium semper sequi imperium et regalem militiam.

**A**d primum sic proceditur videtur enim quod auctoritate ipse non sit facta translatio omnium regnorum. Scribitur enim danieli. ij. quod deus ipse mutat tempora et etates transfert regnum et constituit. non ergo hoc sit auctoritate ipse. **R**espondetur scribitur ecclesiastici. x. quod deus regnum a gente in gentem transfert propter iniusticias et contumelias et diuersos dolos peccatorum. ergo habundantia magis quam ipse potentia facta est translatio ipsorum regnorum. **R**espondetur in parabolis. x. quod deus interfecit saulem et transtulit regnum eius ad dauid filium ysai. **I**n contrarium est quia mediante sacerdotali vel prophetali pronuntiatione qui pro illo tempore loco papae vicem dei gerebant facta est